

decken zeigen die Farben des Schildes, braungelb und grün. Unter dem Wappen stehen die Initialen L M. Ebenso findet sich im Leder des Einbanddeckels eingeprest: L M 1551. Vielleicht vermag ein Kundigerer aus diesen Indicien den ersten Besitzer des Buches zu ermitteln.

Hier mag nur noch bemerkt werden, daß die Initialen unter den Personen, mit denen Melanchthon um jene Zeit in Briefwechsel stand, allein auf Lorenz Moller (aus Stolpe) in Hildesheim passen.

5.

Beiträge zum Briefwechsel der katholischen Gelehrten Deutschlands im Reformationszeitalter.

Aus italienischen Archiven und Bibliotheken

mitgeteilt von

Walter Friedensburg.

(Fortsetzung ¹).

IV. Johannes Cochlaeus.

Wie schon erwähnt wurde ², hat unter den Streitern für die katholische Sache in Deutschland Cochlaeus die Beziehungen zur römischen Kurie und deren Vertretern am eifrigsten gepflegt. Wir können hier siebenundneunzig teils von ihm ausgehende, teils an ihn gerichtete Briefe mitteilen. Die ersten neun entstammen dem Jahre 1521, in welchem Cochlaeus zuerst als Vorkämpfer der alten Kirche wider Luther in die Schranken trat; die übrigen Stücke begleiten ihn von 1532 ab auf den weiteren Studien seines dem litterarischen Kampf gewidmeten Daseins. Zur Kenntnis des Lebensganges des Cochlaeus sei besonders auf die kleine Schrift von Felician Gefs, Johannes Cochlaeus der Gegner Luthers (Oppeln 1886) verwiesen; die dort angeführte Disser-

1) Vgl. Bd. XVI, S. 470ff. dieser Zeitschrift.

2) Ebendasselbst S. 475.

tation von Weldige-Cremer (Münster 1865) konnte ich nicht einsehen; auch fehlte es mir an den erforderlichen Hilfsmitteln, um die zahllosen litterarischen Produkte des Cochlaeus, von welchen in unseren Briefen die Rede ist, stets mit Sicherheit zu konstatieren; man wird also vielfach mit der einfachen Mitteilung der Briefe selbst vorlieb nehmen müssen.

16. Aleander an Cochlaeus: entsinnt sich seiner von Rom her; rät, eine ihm übersandte Schrift baldmöglichst herauszugeben; wird ihn dem Papste empfehlen; wünscht eine Unterredung. [1521 c. März, Worms.]¹

Aus cod. Val. 8075 fol. 99^b—100^a, ohne Adresse noch Datum.

Ego vero, mi Cochlaee, et probe memini te videre alias Romae², et ingenium doctrinamque tuam ita tunc sum admiratus ut nulla unquam oblivio neque vultum neque nomen tuum ex animo meo deletura videatur. quamobrem etsi hac in parte nulla esset periphraasi opus ad tui memoriam mihi renovandam, mirum tamen in modum mihi grata fuit ista . . .³ qua te aliqui clarissimum dum obscurum facis, magnam quandam et vere socraticam modestiam prae te tulisti. nunc quod ad librum attinget quem mihi legendum misisti⁴, etsi per immensas occupationes et (quod tute pie scripsisti) brevissimum temporis spacium mihi non licuit totum opus perlegere, quantum tamen potui ex iis quae legi conjicere, ut et ego velut alter Phidias ex unguibus leonem concipiam, confisus praeterea maximo ingenio et iudicio tuo, pro comperto habeo opus istud non nisi lectu dignum, dignum cedro, dignum denique perpetuitate, addo etiam rebus nostris plurimum

1) In Nr. 22 erwähnt Cochlaeus, daß seine Gegenschrift wider Luthers „babylonische Gefangenschaft der Kirche“ in Worms Aleander (und dem Beichtvater) vorgelegen habe und wenigstens flüchtig geprüft worden sei. Hieraus ergibt sich mit Wahrscheinlichkeit, daß es eben jene Schrift ist, auf welche Aleander im obigen Briefe Bezug nimmt, und da sie, wie Cochlaeus (in Nr. 22) angiebt, in der Fastenzeit (welche im Jahre 1521 mit dem 13. Februar begann) abgefasset wurde, so bestimmt sich hiernach der terminus post quem des obenstehenden Briefes. Andererseits liegt zwischen ihm und Nr. 17 (vom 25. März) bereits ein wiederholter Austausch von Briefen zwischen A. und C. So ergibt sich etwa der Anfang des März als Abfassungszeit.

2) Über den Aufenthalt des Cochlaeus in Rom vom September 1517 bis etwa August 1519 s. Otto, Joh. Cochlaeus, der Humanist, S. 99 ff. Fel. Gef's, Joh. Cochlaeus, S. 4f.

3) In der Handschrift ist hier eine Lücke für ein kurzes Wort gelassen.

4) Vgl. Anm. 1. Der Titel der Ende 1522 herausgegebenen Schrift lautete: De gratia sacramentorum adversus assertionem Martini Lutheri. Gef's, S. 17.

saluti fore. quod ut quamprimum perficias et edas, non solum te hortor, verum etiam oro atque obsecro et de isto tam praeclearo labore tuo me pontificem redditurum certiores polliceor. pluscula haberem in hac re communicare, sed coram, si posses ad nos te ad diem saltem unum conferre. colloquium nostrum demptis arbitris erit, quia tu, ne inter te et me quicquam a Germanis intelligatur, maxime cavendum censes. quod optime fiet quantum ipse voles. venias modo, queso te, et librum tecum feras, quo mihi gratius et utilius facere potes nihil. vale, optime et doctissime ¹.

17. Cochlaeus an Aleander: Die Angelegenheit des Dominus Muscius. Das Kommen des Cochlaeus nach Worms. Seine geistliche Stellung; finanzielle Lage. Verhandlung mit Capito; Bereitwilligkeit unter allen Umständen zu kommen. Verleumdungen wider Murner und Emser. 1521 März 25 Frankfurt.

Aus Cod. Vat. 6199 fol. 1, eigenh. Orig.; Adr.: Rev. patri ac domino, insignis et eloquentiae et eruditionis viro, domino Hiero. Aleandro legato atque oratori apostolico — — apud Vangiones.

S. p. d. domino Muscio ² lubentissime inserviissem, honoratissime similiter atque doctissime domine Aleander, si expertus ejusmodi rerum fuisset. at non eguit ope mea, per se melius agere novit quam ductu aut consilio meo. in negotio autem publico plurimum esset mihi opus tuo et ductu et iudicio; si velit Rev. Prestantia Tua, facilius mihi foret istuc iter. nempe si breve mittas epistolum evocandi mei gratia ad scholasticum et capitulum meum, id est ecclesiae beatae Mariae in monte Francfordiensi, mittent me illi absque damno meo, ut interea

1) In dem Aleander-Codex Vat. 8075, dem obiges Stück entnommen, findet sich — fol. 22^a — ausnahmsweise auch ein Brieffragment des Cochlaeus an Aleander (überschrieben von des letzteren Hand: Cochlaeus Aleandro). Es ist undatiert und kann darum nur vermutungsweise hier eingereiht werden. Es lautet: mitto ad de libellum, Rev. atque eximie domine Aleander, quem hodie locum pro ocio nactus e germanica lingua in latinum transtuli, si forte eum hactenus ignorasses, ut hinc saltem possis defensoribus impii objicere, ne pergant illum contra decus Romani imperii defendere ultra, qui tot injuriis hoc brevi libello Romanum imperium foedavit. bene vale. si ocium Rev. Dni T. fuerit, lubens veniam ipse, si quid forte velis amplius ex teuthonico. — Sollte der impious Hutten und die fragliche Schrift dessen „Anzeig wie allwegen sich die Römischen Bischöfe oder Päpste gegen den teutschen Kaisern gehalten haben“, sein können?

2) Oder Mustio? Ich kann den Betreffenden nicht nachweisen, falls nicht etwa an Aleanders Sekretär, Domenico de'Mussi (dessen Namen Cochlaeus verlesen haben könnte) zu denken ist.

sim cum ipsis et absens praesentiarum (ut vocant) particeps. alioquin grave foret meae tenuitati matrem cum familia sustentare sine illa participatione, accedentibus etiam itineris (quod lubentissime suscipiam) sumptibus. venit oportune hoc vespere noster ad me Capito. suadet et ille ut Rev. D. T. adeam post Pascha ac simul ea mecum adferam quae interim scripsi. faciam id lubens, tua praestabilitas me poterit ab expensis per epistolum illiusmodi relevare. non peterem, nisi pauper et novus essem paterfamilias, qui aliquot etiam preventibus ob novitatem adhuc careo. novit ista Capito. poteris certe brevissime scribere velle te nonnihil tractare mecum, quem boni viri commendaverint apud te. nihil ibi timendum est, omnes amici mei sunt et pontifici obediētes et numero pauci. ego eis facile committam ut apud se tacita servent quae mandaveris. si tamen via haec non placeat dignissimae P. T., veniam nihilominus quacumque die me istuc evocaveris. res non solum commoda, sed et necessaria videtur. elige unum aut alterum diem, in quo tantillum putes tibi fore ocium, conferendi mecum quae in rem fore videantur¹. frater Murnerus et Hieronimus Emser pessime per adversarios vulgo audiunt. alia nobis procedendum erit via. bene vale, eximie disertissimeque domine Aleander.

Ex Francofordia 25 die martii anno 1521¹.

18. Cochlaeus an Aleander: Klagen über Verleumdungen wider ihn aus Anlaß seines Verhaltens in Worms. Bitte Zeugenverhöre über die von ihm Luther angebotene Disputation anzustellen. Eine in Arbeit befindliche Schrift des Cochlaeus, Suche nach einem Drucker. Abschätzige Äußerung Luthers über Cochlaeus. Grüße. Luther über Karl V. 1521 Mai 5 Frankfurt.

Aus Cod. Vat. 6199 fol. 2, eigenh. Orig.; Adr.: Rev. patri magnifico domino Hieronymo Aleandro sanctae sedis apostolicae nuncio apud Caes. Maje. Wormaciae.

S. nimium verus mihi fuisti propheta, magnifice domine Aleander, de nostratium Lutheranorum mendaciis. en fabulam bene longam, mihi tamen nondum visam, contexuerunt, quam acta

1) Wie genugsam bekannt, erschien Cochlaeus in der That wenige Wochen nach Abfassung dieses Briefes in Worms. Wenn er selbst aber in seiner *Historia de actis et scriptis M. Lutheri* (Ausgabe Colon. 1568, p. 62) angiebt, er sei gekommen a nemine vocatus, non aliam ob causam quam ut pro fide et honore ecclesiae corpus et vitam suam in extremum, si opus foret, periculum objectaret atque exponeret, so zeigen unsere Briefe vielmehr, dafs die Initiative bei Aleander lag.

Cochleï inscripserunt¹, in qua calumniantur me a te subornatum fuisse, ut sub praetextu disputationis illum eo provocarem ut salvo conductui renunciaret. addunt alteram technam, quod Lutherus obtulerit sese ad aequale periculum, quod ego recusarim; et citant pro suis figmentis testes sex, ut audio, comites. ego tibi meum aperiam nunc super his consilium, quid probaturus sis nescio. certum est illos plurimum erubescere quia ego cum Luthero disputare volui sub iudicibus, quod ille renuit. fingunt igitur calumniam subornationis. quid si ageres cum Caesarea Majestate ut comites illi juratum dicant istic coram notario testimonium, idque quantum fieri queat secreto et tacite. visis postea eorum testimoniis si vera viderentur et pro nobis, possent utique in magnam Lutheri confusionem propalari; sin contraria, possint supprimi. testor ego Deum, quia libere obtuli me ad disputandum, ille tamen recusavit.

Nomina comitum non teneo omnia, affuit autem mihi ad latus sedens comes de Mansfelt, item comes Christophorus de Swartzenberg. hi possent alios indicare. et si consulte vis agere, communica hanc rem domino Petro Aufsass decano Herbipolensi, qui apud praedicatores dormit noctu. ille poterit commodius rem practicare, si practicanda videatur.

Interrogatoria forent: 1) utrum audierint me recusare disputationem ad aequale periculum; 2) utrum audierint me noluisse disputare nisi Lutherus renunciaret salvo conductui; 3) utrum non audierint me, etiam sine Lutheri periculo, petiisse disputationem sub iudicibus, quos nobis Caesar et principes darent; 4) utrum non audierint Lutherum dixisse: ego nolo nunc facere; 5) utrum non audierint Lutherum voluisse iudicem puerum 8 aut 9 annorum aut ex astantibus juvenem quemdam famulum, quem digito monstrabat; 6) utrum non audierint quod ego puerum et juvenem pro iudice recusavi, sed rursus petii ut iudices accipiat quos nobis dent Cesar et principes sine ejus periculo, ita ut si ego iudicarer injustus, dignas luerem penas, ipse vero etiam victus abiret impunitus, quia non peterem ejus periculum nec mortem, sed potius ut converteretur et vivat. super his cogita: nebulones illi, ut fucum sibi faciant, infamiam quaerunt meam.

Librum nondum exeripsi² totum, plus habet quam putaveram, finietur tamen brevi. fac proprium ad me des nuncium post 4 aut 5 dies aut quando opus fuerit. dic reverendo domino Marino³ ut me etiam atque etiam R^{mo} domino Moguntino commendet, praeter eum enim non habeo amplius in his terris ad quem confugiam; omnes enim amicos offendi. rescribe.

1) S. Gef's S. 15.

2) Sic!

3) Caraccioli.

Ego ubi, acta Cochleij¹ videro, respondebo viriliter, si modo fidus mihi foret impressor. is optime haberetur Moguntiae ad manum, si non timerem de fraude, quia in altera parte diu stetit. praecaveri autem posset, si R^{mus} dominus Moguntinus illi ubi opus foret scriberet. si alius est commodior, significa.

Ego adhuc semper offero me ad disputandum sub iudicibus, id quod illi egerime ferunt. dixit hic Lutherus si non audiisset me antequam obtulissem disputationem, utique voluisset renunciare conductui salvo ut disputaret; sed quia audierat me non esse eum qui posset cum eo congredi, ideo recusaverit¹. quae ista excusatio? vide obsecro si queant e comitibus aliqui comode examinari sub iuramento.

Librum meum remitte mihi apud tuum nuncium; interim ego transcribam alia² et in capita distinguam. nimis enim confuse habentur omnia, molestus est item labor emendandi, quia saepe fallit numerus in allegationibus, saepe item aut falsa sunt verba aut omissa.

Saluta verbis meis tuum Dominicum³ et Rev. patrem confessorem⁴, sine cuius iudicio liber meus non redeat oro. saluta item dominum officialem Treverensem⁵ et dic nebulones in eum quoque jam stilos acuisse. bene vale. ex Francfordia quinta die maji anno domini 1521.

Dixit Lutherus inter nobiles in Fridburg, quod Caesar iuraverit per sanguinem Christi monachum luiturum esse poenam. Lutherani in solis armis fidunt.

19. Cochlaeus an Aleander: die Fertigstellung seiner Bearbeitung einer Schrift wider die Waldenser. Die Aufhebung Luthers bei Eisenach. Emser. 1521 Mai 11 Frankfurt. — Nachschrift: Benefiziensache; Capito.

Aus Cod. Vat. 6199 fol. 4, eigenh. Orig. — Das ebenfalls eigen-

1) Vgl. den Schluss der wider Cochlaeus in Worms angeschlagenen Spottverse:

Citius te asinus
Vicisset et bos rusticus
Lutherum quam ut Cochleus
Inter doctores simius!

Kapp, Kleine Nachlese II, S. 496.

2) Dies und die folgenden Bemerkungen beziehen sich, wie Nr. 22 erweist, auf die Bearbeitung einer älteren Schrift gegen die Waldenser, welche Cochlaeus, scheint es, im Auftrag Aleanders besorgte.

3) Domenico de'Mussi, Aleanders Sekretär.

4) Glapio.

5) Johann Eck.

händige Postskript ebenda fol. 3 auf einem Blatt für sich; es dürfte zu diesem oder dem vorausgehenden Briefe gehören.

S. p. d. jam librum¹ complevi, distinxi in duos partiales, addidi capita et titulos, multa emendavi. ubi tuus venerit famulus, dabitur ei. vide ut liber meus per eum ad me redeat, similiter cum Captivitate². iam coepi transferre in linguam nostram articulos hereticorum, quos approbat noster antipapa. et ecce hic nuncius confirmat mihi rumorem, quem hodie audivi, quod Lutherus certissime captus est circa Eysenach in terra proprii ducis sui. a quinque equitibus, pluribus in saltu tenentibus, ejectus e curru et ligatus manibus ductus est pedester inter duos equites absque misericordia; nemo aliorum lesus est. putatur ductus esse in Franconiam. praedicaverat in die sanctae crucis in Eysenach, altero die, scilicet sabbatho, captus est. nuncius iste de Eysenach venit et literas affert duci Friderico. attulit mihi nonnulla opuscula Emseri, qui plurimum gratulatur de meo conatu. jam plura scribere non licet festinante nuncio. bene vale. ex Francfordia 11 die maji anno 1521.

Johannes Cochlaeus.

Dicebas nuper, magnifice domine Aleander, me non diu fore pauperem. certe id facile fiet, ubi voles. per datarium citissime fieri posset. aliam viam proponebas ut fierem interim administrator, si quem indicarem. vis ergo ut impudenter indicem? ecce Moguntiae duo sunt viri senes et beneficiis divites: Johannes Jacobus Leist, praepositus Francfordiensis et decanus ecclesiae beatae Virginis ad gradus Moguntiae. unum ex his abunde sufficeret mihi. alter est Engelbertus Erlein, praepositus Erfordiae, canonicus Moguntiae ad sanctum Petrum et ad sanctum Victorem. sufficeret et hic unum. hic praeter nomen pene nihil affert meus decanatus. immo si hodie aut cras exigatur pensio, nihil omnino remanebit. si vis, domine, potes me curare. ego certe tuus sum eroque usque ad extremum spiritum.

Nihil dic Capitoni de meo nunc ad te nuncio, ei non scripsi, quamquam nihil scio de eo mali. de reliquis quae audio et comperio, nondum libet dicere. mira est caecitas veri apud nostrates, mira item fraus et industria in technis.

20. Cochlaeus an Aleander: hofft auf Unterstützung durch diesen, um, von Verrat und Feindseligkeit umgeben, eigene

1) Die Schrift gegen die Waldenser, vgl. Nr. 18. 20—22.

2) D. i. das Buch de gratia sacramentorum und die Schrift Luthers von der babylonischen Gefangenschaft der Kirche, welche jene Entgegnung des Cochlaeus hervorgerufen hatte.

Boten zur Beförderung seiner Korrespondenz und litterarischen Produkte unterhalten zu können; schickt Auszüge aus einer von Aleander zur Verfügung gestellten älteren Schrift. Korrespondiert mit Emser; wünscht mit den katholischen Hochschulen in Verbindung zu treten. Fertigt Auszüge aus den Schriften der Ketzler. Emsers Thätigkeit; Verlangen nach einer Schrift des Catherinus. 1521 Mai 22 Frankfurt.

Aus Cod. Vatic. 6199 fol. 19, eigenh. Orig.

S. p. d. en jam terciū ad te hinc scribo, postquam inde huc redii, reverende ac unice colende domine Aleander. frustra in horas tamdiu unum e famulis tuis (uti convenerat inter nos) expectavi, et ea quidem spe ut mihi preter litteras etiam admniculi nonnihil esset allaturus, quo possem commode huic negotio intendere. pudet me profecto nimis ac nimis petere quicquam; sed vincit pudorem necessitas. certe si quomodo possem aliunde corradere, pudor mihi salvus maneret. nunc perdidit apud meos omnem favorem et amicitiam, nemo confert, nemo mutat; et tamen necessarium foret ut haberem unde nunciis et aliis, quibus ad causam opus fuerit, providere ac satisfacere possem. certe quicquid habeo, lubens in omne periculum pro ecclesia expono, studium, famam, corpus, vitam et quicquid pauperi reliquum esse potest. sola pecunia (sine qua in rebus agendis quid possumus?) me deficit. neque tamen grandi opus foret; non enim lucrum hic quaero pecuniae, ubi sanguinem fundere non abno neque recuso. velim autem habere unde ad univresitates et doctos, qui adhuc devoti sunt ecclesiae, nuncios, litteras libellosque mittere possem. non satis est scribere et imaginari, oportet quaerere adhaerentiam, alterum alteri consulere, fraudes praecavere. nisi enim habeam unde queam proprios hac aestate nuncios, ad minimum duos, alere, magna intercidet causae commoditas. nosti excaecatos esse nostrates; nisi proprios habuerim nuncios, omnia prodentur. tergiversantur etiam superiores nostri; ego pene neminem habeo cui possim in hac causa confidere. nondum habeo impressorem, habeo tamen si caetera non desint. librum antiquum remitto; excerpti quae de Waldensibus habentur; reliqua nimis erant barbara et inepta parumque erudita. quae de quotidiana communione tractata sunt, omisi consulto, quia nobis non prosunt, etiam si elegantissima forent. transcripta tibi mitto, sed ea lege ut remittas. nondum adjeci nuncupatoriam ad te epistolam, expectavi hactenus famulum et litteras tuas. remitte igitur simul cum apologia mea ¹ impressoque libello Captivitatis Babilonicae.

1) Es ist wohl wieder die zu den vorhergehenden Briefen angeführte Streitschrift gemeint.

Emserus nuper ad me litteras et libellos alemanicos in Lutherum ad me dedit, sed tarde venerunt ad me, neque per suum nuncium rogabat ut rescriberem. rescripsi, sed per nuncium incognitum. timenda est fraus adversariorum. si vis ergo ut agamus nos utiliter pro ecclesia, cura ut possimus proprios ad nos invicem habere nuncios. alio item opus foret nuncio ad Colonienses, Lovanienses, Parisienses, ut consulto prodiret quicquid fuerit edendum. ego jam plurimos articulos ex libellis pessimis extraxi, ut populus noster videat qualem foveat haereticum. bene vale et rescribe. accedit et haec molestia, quod certus non sum an hic meus te istic reperiat nuncius; rescribe tamen ac perpetuo vale. ex Francfordia Moeni 22 die maji anno 1521.

Gaudet noster Emserus me ad communem laborem atque periculum accessisse socium. egregie conatur, valet in lingua nostra, valet et in latina, neminem odit Lutherus magis. vidi ejus dono Rhadinum Romae impressum¹. cura obsecro ut habeam agendi nervum, agam certe intrepide et fideliter. curabo ut Itolorum eruditae lucubrationes apud nos quoque imprimantur. si impressus est Ambrosius², cura quaeso ut habeam, nam et Emserus petit eundem. respondet Emserus libro pessimo ad Germanicam nobilitatem graviter et erudite in lingua nostra³; hic supprimuntur. si mihi nervus esset, et Emserum et Italos nostratibus objicerem simul cum meis lucubratiunculis. consule igitur quid optimum censeas iterumque vale.

21. Cochlaeus an Alexander: Briefe von seinen Angehörigen und aus Wittenberg. Verwerfliches litterarisches Treiben an letzterem Ort; Aufhebung der Universität ratsam. Das Attentat gegen Luther, und Kurfürst Friedrich. Die Disputation mit Luther. Cochlaeus Streitschriften. Das Wormser Edikt. Ritter Adrian. Die Schrift gegen die Waldenser. 1521 Juni 11 Frankfurt.

Aus Cod. Vat. 6199. fol 5, eigenh. Orig.

S. p. d. nuncius iste hoc vespere literas mihi ex Norimberga attulit, magnifice domine Hieronyme, quas quidam cogna-

1) Über des Italieners Thomas Rhadinus „Rede an die Fürsten und Völker Deutschlands gegen den die Ehre der Nation schändenden Ketzer Martin Luther“, s. Köstlin I, S. 426.

2) Es handelte sich wohl darum, die Schrift des Ambrosius Catharinus, Apologie für die Wahrheit des christlichen Glaubens, welche Ende 1520 in Rom herausgekommen war (Köstlin I, S. 429), in Deutschland nachzudrucken.

3) Vgl. Köstlin I, S. 427. Diese Streitschrift Emsers gab den Anlaß zu Luthers Invektive „an den Bock zu Leipzig“.

torum meorum scripsit, dolens plurimum de mea illic infamia per Lutheranos. ego vero id non magni facio, ea spe animatus quod veritas propediem veniat in lucem. adjunxit et alias literas, quas ei ex Wittenberga quidam scripserat cum famosis in me versibus, quos tamen contemno. Ceterum tota illa epistola referta est, quamquam bene sit longa, laudibus Lutheri criminationibusque Caesaris et principum, idque omne ex sacris literis est deductum ab homine juvene et semigraeculo per summum dedecus et nefas. an vero scelus non est sacris literis sic abuti pueros, poetas, graeculos et quoslibet perfidos et irreligiosos schismaticos et apostatas? vereor equidem quamdiu nidus ille lutherani studii manserit, nunquam habituram esse pacem ecclesiam ab ejusmodi corvis pessimis. si papa instituit, cur non possit revocare, ubi tantam videt inde volare perniciem turbationemque ac scandalum?

Scribitur in eadem epistola: jam proscriptionem non solum intentant Luthero, sed et Wittembergae. captus est, sed ab amicis, et in tuto fovetur, ne princeps Fridericus, vir singulari sapientia praeditus, huic rei caput esse dicatur¹ aut is videatur qui Lutherum in hoc foveat ut has excitet nerbas². sic consulitur rebus principis optimi et paci publicae.

Disputationem Lutheri, de qua nuper Moguntiae magnificentiae tuae dixi³, interpretatus sum tibi, ut cures in inferiori Germania aut in Gallia ad eam a doctis responderi. ego per 4 aut 5 dies ei respondi satis (ut spero) efficaciter duobus quaternionibus⁴. mittam ad Sanct^m dominum nostrum, ut videat an sit edenda. molitur enim nebulo totum diruere papatum. descripsi item heri et hodie meum cum Luthero colloquium⁵. mandatum Caesaris nondum est hic publicatum. adjunctas literas da queso domino Adriano militi aurato. obsecro te ut primum saltem librum contra Waldenses transcribi cures et ad me mittas. consultum fore videtur mihi si opusculum illud edas. bene vale et rescribe, mi charissime pater et patrone. ex

1) Auf diese Mitteilung des Cochlaeus bezieht sich Aleander wohl in der Depesche Nr. 38 bei Brieger S. 245.

2) Sic?

3) Was gemeint ist, besagt der folgende Brief, welcher auch das Datum der Zusammenkunft angiebt, die Aleander und Cochlaeus in Mainz hatten. Dieselbe fand am 1. Juni statt.

4) Assertio Joannis Cochlaei pro H. Emsero contra Lutherum de 25 annis S. Petri in ecclesia Romana. Francfordiae 6 die junii a. 1521. Vgl. Gef's S. 16.

5) Cochlaei colloquium cum Luthero habitum Wormatiae. Deutsche Reichstagsakten, jüngere Reihe, Bd. II Nr. 87 (S. 624 ff.), erst 1540 gedruckt und herausgegeben.

Francfordia 11 die junii anno 1521. commenda me reverendo domino Marino et confessori Cesaris.

Nosti manum ¹.

22. Cochlaeus an Papst Leo X: Eintreten für die durch Luther angegriffenen Grundlagen der päpstlichen Macht. Abfassung anderer Streitschriften; Hindernisse der Herausgabe. Auftreten des Cochlaeus in Worms; Erbitterung der Neuerer wider ihn. Wunsch in Köln zu leben. Die kaiserlichen Edikte. Lossage Luthers von der Autorität der Konzilien. Cochlaeus' Bekanntschaften in Rom. 1521 Juni 19 Frankfurt.

Aus Bibl. Vat. Cod. Regin. 2023 fol. 108—109, eigenh. Orig.

Beatissimo in Christo patri Leoni papae X pontifici maximo Joannes Cochlaeus theologorum infimus s. d. aeternam.

Prima hujus mensis, junii inquam, die, beatissime pater, Sanctitatis Vestrae nuncium apostolicum Rev. dominum Hieronymum Aleandrum Moguntiae conveni, literis ad hoc ab ea excitus, cui inter caetera retuli scripsisse Lutherum in novissimo contra Emserum libro teuthonico s. Petrum non fuisse Romae 25 annis, immo dubium esse an unquam Romae fuerit ². jussit ille ut id latine interpretarer, quo legere posset quidnam hoc esset monstri. quam primum itaque huc redii, caput illud transtuli et non modo transtuli, verum etiam contra impietatem novam respondi. quicquid est, Sanctitati Vestrae nunc transmitto ut videat et judicet. nolo enim de re tanta temere quicquam inconsulto pontifice maximo edere in lucem presertim in Germania, ubi tot latrant facundi canes Lutheri. certe nisi hanc eis clavam eripiamus, labefactabunt protinus omne fundamentum nostrum. ego primus occurri ³; si minus fortiter aut valide, erunt procul dubio alii et quidem plurimi a parte nostra qui hunc furiosum andabatam compescunt. quotquot autem hactenus de potestate papae scripserunt, pro indubitato fundamento habuere s. Petrum Romae 25 annis ecclesiam rexisse; nunc vero novus Hussita id quoque ferali rabie in dubium trahere conatur. ei ego utcunque respondi atque disputationem ejus domino Aleandro Coloniam transmisi, ut alii qui melius possunt, fortius occurrant, caeterum responsionem meam illi non misi

1) So statt der Namensunterschrift.

2) Diese Behauptung hatte Luther einer schon Ende 1520 anonym erschienenen Schrift entnommen, s. Brieger, Aleander und Luther, S. 269, 1.

3) sic? undeutlich wegen Loches im Papier.

quia nesciebam ubinam consisteret. quae autem misi, ad magistrum Jacobum Hogostratum dedi, ita enim jusserat ille Monguntiae.

Supplico igitur humillime Sanctitatem Vestram hanc meam in sedem apostolicam devotionem operamque boni consulat, ut si offendat ruditas, pietas intercedat. tardus enim in hoc descendi certamen pudore prohibitus, donec diram ac sacrilegam vidi bestiae Babylonem, contra quam in quadagesima respondi, tribus sane libris apologeticis de sacro eucharistiae, quos tamen nondum edidi¹. viderunt eos Wormaciae dominus Aleander et confessor imperatoris, non tamen adamussim, negociis aliis impredientibus. transscripsi domino Aleandro ex vetusto quodam codice duos libellos contra Waldenses, ubi errores eorum (quibus novus hic haereticus participat) solidis reprobantur scripturis; sed erat codex mendosus praesertim in allegationum numeris, erat et confusus ac indistinctus; itaque inter exscribendum pleraque emendavi, materiam in duos libros digessi ac libros in capita distinxi; caeterum non retinui apud me ullum exemplar propter festinationem. scripsi et teuthonice aliqua, brevi plura scripturus, ut videant Germani quo ruunt et qualem sequuntur haeresiarchum. respondi item latine ad binas ejus epistolas quas impudentissime ad Sanctitatem Vestram inscripsit. nihil tamen edidi adhuc, quia multa me impediunt: fraus et perfidia impressorum, furor populi, convicia Lutheranorum atque vulgaris contemptus. nescio cui impressorum confidam, adeo sunt infecta omnia! proinde si haberem, propriis utique impensis quae forent edenda imprimi curarem, non solum mea, sed et Italorum quaedam atque Emseri; nebulones enim contra Lutherum nihil fideliter agunt.

Porro responsionem hanc meam Sanctitati Vestrae sic offero ut pro libito addat, adimat, mutet, corrigat. quicquid id fuerit, ratum ac gratum erit mihi; non enim meum ibi agitur negocium. sive igitur imprimatur, sive supprimatur, jam pridem non solum famam, sed et vitam in discrimen pro ecclesia ponere decrevi.

Hic certe mihi parum fuerit tutum in Lutherum edere quippiam; adeo exasperati sunt in me animi multorum ex illo Wormaciensi colloquio, quo eum post fidelem, ut revocaret, exhortationem provocavi ad disputandum sub iudicibus. graviter enim accipiunt hanc Luthero gloriam eripi quod nemo ausit cum eo disputare. hoc eos mordet, non aliud, nulla enim hominem affeci

1) Magno, sagt Cochlaeus von sich selbst in den Commentaria (z. J. 1521), urebatur zelo et pro sacramentis ecclesiae quae Lutherus in Babylone sua vel rejecerat omnino vel prophanaverat . . . et scripserat jam pro venerabili sacramento eucharistiae contra Captivitatem Babylonicam Lutheri libros tres, quos secum ferebat (scil. Wormatiam).

injuria, ne uno quidem verbo asperiori, sed dolent quempiam audiri nunc qui velit congregari sub iudiciis illi. neminem profecto antea per omnem Germaniam inimicum habui, amicos vero plurimos. nunc autem versa vice vix unum aut alterum reperio amicum, inimicos autem pene innumeros. eram hic iuxta et plebi et senatui acceptus, quamquam aliegena; ut vero Wormacia redii, praeter clericum vix duos, quorum utor artificio, amicos inveni. confinxerunt quidam famosos in me rythmos, quibus non solum calumniantur, sed et mortem (si quid a me senserint edi) minantur. non adeo longe abest hinc Huttenus et circumcirca lutherizat nobilitas cum omni fere rustica manu. et siquid hic scribo, solus sum, si cado, non est qui sublevet. Moguntiae vero qui peritiores sunt, Lutheri partes latenter fovent; Coloniae commodissime forem, si quam condicionem aut beneficium illic haberem. ibi enim cum doctis conferre liceret ac impressoribus adesse coram; hic neque docti sunt tales neque ullus omnino impressor.

Impressa sunt jamdudum Caesaris in Lutherum tenthonice mandata et ea quidem acerrima; sed nondum promulgata per urbes. quid expectetur nescio. forte consulto ex industria differuntur. vereor tamen ne tacentibus nobis non taceat Lutherus, qui nunc in quodam sedet castro comitis (ut fertur) de Mansfelt in Saxoniam. de majoribus certe scandalis timeo ne absurdiora ibi monstra in ocio et solitudine meditetur. hoc enim effrons et desperatus desperatissime nimirum aget omnia, dicens forte cum captivis olim Trojanis:

Una salus victis nullam sperare salutem!

edidit nuper acta sua Wormaciae magis ad propriam laudem quam ad rerum fidem¹. ea nunc simul mitto Sanctitati Vestrae, ut ex his circa finem accipiat impudentiam pertinaciamque hominis perditum atque ad seditionem nati. non vult se amplius futuro submittere concilio, ad quod toties antea fraudulenter appellavit. nimia profecto est quorundam principum caecitas. nolo nunc plura dicere; id modo addiderim quod in disceptationibus vivae vocis neutiquam talis ac tantus apparet qualis ac quantus videtur in contentionibus scripturarum et librorum.

Longior fui, beatissime pater, quam aut tanti verticis ferat sublimitas aut meam deceat parvitatem humillimamque sortem. dilatavit me pietas et affectus. veniam suppliciter oro! rescriptum a Sanctitate Vestra petere non ausim; maxime tamen cuperem

1) Nach dem, was über den Inhalt weiter unten angedeutet wird, ist wohl der Brief gemeint, welchen Luther am 28. April von Friedberg aus an den Kaiser (bzw. die Reichsstände) richtete; deutsch bei Förstemann, Neues Urkundenbuch Nr. 29 (S. 76 ff.).

si liceat super iis quae mitto certior fieri vel per Jacobum Questenbergium vel per Petrum Stellam. noverunt me item cum alii in urbe eruditi, tum praecipue Rev. pater dominus Mercurius Vipere; sed et affinis meus Angelus in banco Fuckerorum de me apud Sanctitatem Vestram mentionem, dum in urbe agerem, habuit super quodam ad Sanctitatem Vestram libello meo in Justinianum imperatorem¹. caeterum quae nunc mitto, ad patrum meum dominum Johannem Zinck in superscriptione destino, ne quid sentiant Lutherani.

Beatitudinem Vestram conservet incolumem perpetuo nobis Deus optimus maximus, beatissime pater!

Ex Francfordia Moeni urbe imperiali 13 kal. julii anno salutis 1521.

<p>[in verso] Beatissimo in Christo patri sanctissimo domino nostro Leoni divina providentia papae X pontifici maximo universalis ecclesiae pastori capitique supremo.</p>	<p>Sanctitatis Vestrae supplex ac devotus orator idem Joannes Cochlaeus decanus ecclesiae b. Mariae virginis Francfordiensis.</p>
--	---

23. Cochlaeus an Aleander: Klagt, dafs er und die gute Sache von Rom im Stich gelassen werden; seine Schriften und Sendungen bleiben unbeantwortet und unberücksichtigt; man ermöglicht ihm weder mit Luther zu disputieren noch seine Streitschriften drucken zu lassen. Droht sich vom Kampfplatz zurückzuziehen. Emser ist in ähnlicher Lage wie er. Lutherische Schriften und Pamphlete überschwemmen den Büchermarkt. 1521 September 27 Frankfurt.

Aus Rom Bibl. Vatic., Cod. Vatic. 6199 fol. 20—21, eigenh. Orig. — Gleichzeitige Abschrift ebendasselbst Cod. Vat. 8075 fol. 66—69, mit antwortenden Bemerkungen Aleanders auf der linken Blatthälfte (numeriert 1—68, und hier vollständig mitgeteilt), während auf der rechten der Text des Cochlaeus.

S. p. d. non putassem, reverende ac eximie domine Aleander, me tamdiu a te absque omni consolatione in medio Lutheranorum inter tot opprobria, minas, sicas insidiasque desertum iri². ferrem id patientissime tamquam injunctam pro meis peccatis poenitentiam, si res fidei ecclesiaeque interim in melius honestiusque proficerent. cum autem negocium hoc in dies, atque

1) Vgl. Otto, Joh. Cochlaeus der Humanist S. 103f. Gef's S. 4.

2) Aleander: Temporum conditio, curarum multitudo, locorum distantia, nunciorum penuria et incertitudo id faciunt, non amoris et benevolentiae defectus.

adeo in horas etiam, continue deterius [se] habeat¹, non possum non dolentissime ingemiscere quod non agitur vigilantius².

Quid obsecro profecisti³ tanto orationum tuarum torrente? quid expensis? quid mandatis? quid bullis? non insulto, non improbo, non contemno ista, observandissime domine Hieronime. multa fecisti, egregie laborasti, rem pontificis fortissime sustinuisti. quisquis enim praeter te⁴ huic prepositus fuisset negotio, totam pontificis causam apud Germanos perdidisset. sed aliud est proficere, aliud non perdere. cum videas igitur causam nostram non praevalere bullis⁵, non mandatis, non orationibus ad principes, non vi, non minis nec ullo terrorum genere, quare non satagis ut aliis viis et modis praevaleamus? quibus ergo? an insidiis? an corruptelis? an venenis? an dolis aliisque malis artibus? absit, absit inquam longissime ut optima atque certissima ecclesiae fideique catholicae causa dolo potius quam virtute agatur, defendatur, proficiat, praevaleat, triumphet. an non sunt a parte nostra ingenia? non rationes? non scripturae? his profecto armis Germaniae populi⁶ commode expugnari possent, non aliis.

Retuli ad te Moguntiae, teuthonice Lutherum in sua contra Emserum responsione proponere sanctum Petrum non fuisse 25 annis Romae, immo dubium esse an unquam illuc venerit. mandabas tu mihi ut in latinum transferrem, feci id continuo. transmisi⁷ tibi ad m. Jacobum Hochstratum. is per Brabantinam ad te mercatorum scribit misisse, an acceperis nescio. nollem profecto eas litteras in alienas aberrasse manus. interim contra ejusmodi impietatem respondi et Romam transmisi circa festum sancti Johannis Baptistae illam Lutheri disputationem⁸ meamque responsionem similiter cum actis Lutheri Wormaciensibus, quae fuerant tum impressa, et haec per bancum Nurenbergae. certus

1) Culpa vestrorum praelatorum, quam ego praestare nec volo nec debeo.

2) Non dormitamus, non ut putas.

3) Perfunctus sum munere meo; persuasi imperatori et maxime imperio quod volebam et juste petebam. nunc si vestrates neque timore neque amore moventur, fortasse venit in eos ira Dei, quae utinam mitigetur mutatis peccatorum animis.

4) [Hier findet sich im Text die Nr. 5, aber kein Vermerk Aleanders.]

5) Culpa vestratum.

6) Alia est causa concitationis Germaniae quam sacramenta; propterea nulle prosunt rationes aut disputationes; inhiant sacerdotum auro agris domibus bonis.

7) Accepi et gratias ago immortales; fecisti enim rem mihi sopra modum gratam. — Vgl. hierzu die Depesche Aleanders an Medici vom 13. Oktober; Brieger Nr. 48, S. 268f.

8) Optime tu quidem fecisti [et] ut spero atque adeo certo scio pontifici gratum, si modo in ipsius manus pervenit. — Vgl. oben Nr. 22.

sum illa per bancum abiisse, quo autem diverterint nescio, nemo mihi respondet¹. misi ad majorem cautelam et alias Romam litteras hinc similiter per bancum, unas² ad te, alteras ad Andream Nurembergensem in cancellariam, alias ad Jacobum Quenstenbergium. sed ad has quoque nemo respondit. quid iis profeci? perdidit laborem, perdidit sumptus et precia nunciorum; forte zelus meus temeritas³, simplicitas stultitia, pietas ambitio illic reputata est, quia fideliter absque pompa scripsi. in his tamen nudinis rursus ad urbem bis litteras misi per bancum, forte nec illis ullum dabitur responsum, ut ego ejusmodi sumptus et labores inanissime perdiderim.

Lutherani⁴ gravissime ferunt quod Lutherum Wormaciae ad disputandum provocaverim; jam plurima in me et publice et privatim jactant convicia, detractiones⁵ et impropria. his ego non moveor, sed eodem animi tenore⁶ persisto. tentaverunt nonnulli ex disertis si quo modo resilirem⁷ a proposito, sed frustra. non moveor eorum blandiciis, non conviciis, non minis, quia et mori⁸, non solum contumeliam pati pro fide catholica decrevi. itaque cum nobiles aliquot in domo scholastici mei magnis Lutherum praeconiis extollerent et unus eorum⁹ de me tamquam absente (eram enim eis facie ignotus) contemptim diceret habere se quendam ex Lutheri discipulis qui disputare velit mecum ad ignem, tum ego pari ferocia dixi me paratum esse, quisquis ille esset; nollem pugnam et duellum detrectare; atque ita retudi ferociam ejus de disputatione, et mitius rogabat ut et ego scriptis contenderem teuthonicis, ut viderent veritatem. ego autem dicebam per vivam vocem¹⁰, ubi pro et contra dicitur, longe certius posse sub iudiciis ad veritatem perveniri. quod et verum est.

Tu mihi Wormaciae dicebas fore ut pontifex doctissimos

1) Culpa amicorum, si acceperint tua scripta.

2) Nihil ad me pervenit, quia absens fui. potuissent tamen et debuissent amici tui ad me eas mittere.

3) *ἄπειρος*. Ista ne cogites et cave tibi ab humore, studiosorum hoste, qui mecum saepe conflictat.

4) Scio ego hoc verum, sed non hoc fatentur, imo obloquantur et derident, quamvis intus dirumpantur.

5) Risui sunt homini bono.

6) Ut Teucer Homericus, sic, sic, mi frater, constans esto.

7) Nihil novi adfers; sed ista nec curanda nec dicenda.

8) Pulcre et sancte.

9) Vereor ne ex composito id fuerit factum per jocum irritandi tui causa.

10) Hoc ego nec ii qui sapiunt probant neque enim conducit neque visum est. placet tamen ad tempus id responderi petulis et improbis. non est tamen deveniendum ad rem, sed caute omnia sunt offerenda ut illi detereantur. scio enim Lutheranos extra nidum suum non descensuros ad pugnam.

quosdam¹ ex Italia Galliaque in urbem aliquam esset missurus, qui contra Lutheranos disputarent. at nihil audio quod fiat, et tutius mihi videtur fore ut privatim potius per quosdam Lutherus provocetur citeturque ad sustinendum scripta sua² sub iudicibus; quod si privatim fieret, nihil praediceret ecclesiae, etiam si quis nostrum vinceretur³.

Certe si bene perpendas, non habes in mundo hominem (minime per hoc me jactito) per quem commodius disputandi viam ingrediaris quam per me, quia hominem Wormaciae quoque provocavi (quod nemo aliorum fecit) in conspectu suorum, et recusavit ignavissime⁴. neque ad argumenta mea efficaciter respondit, quod sui bene audierunt. doctior me multo est Eccius, doctiores Itali, elegantiores plurimi, nemo tamen talia contra eum dicere aut scribere possit, quia nemo attentavit, forte etiam nemo adhuc hodie velit (ut ego) vitam et sanguinem⁵ pro fide et ecclesia ponere aut ad ignem disputare. mihi longe major (Deo sint gratiae) est animus, firmior fides, alacrior intentio, quam doctrina⁶, quam eloquentia, quam splendor et fucus pompae. rem consydero, non famam. si vera est fides (quis autem dubitet?) quis evincet veritatem? ego certe ita tenaciter tenebo eam, si quis congregiatur, ut ne Hercules quidem possit eam eripere mihi. possent⁷ me occidere, eripere vitam, fidem autem et veritatem extorquere aut quacumque vi eripere non poterunt in aeternum. at dicis forte: cur quiescis igitur⁸ et non procedis in publicum? respondeo: hic efficere nihil potero, quia nemo de-

1) Ita si Lutherus se iudicio pontificis et ecclesiae et omnia sua scripta subdere vellet — sic enim fuit conclusum inter Caesarem et principes nobis non renuentibus et Luthero propositum propter eos qui blaterabant eum non fuisse convictum. id vero quia Martinus recusavit et propterea edictum fuit emissum, superfluum est et noxium ista tentare.

2) Respondi satis in literis, hoc autem ita malum est ut existimem anathema qui ita contendat obstinate.

3) Ah, me enecas!

4) Non hoc dicunt Lutherani, sed eum quasi leonem sprevisse leporem (utor eorum verbis!) et prope renuisse, te ad puerum vel idiotae famuli iudicium [remittens?], quod quamvis falsissime adstruant, tamen neque erubescunt mihi in faciem dicere. [Vgl. übrigens den Bericht des Cochlaeus selbst über seine Verhandlung mit Luther: Deutsche Reichstagsakten, jüngere Reihe II, S. 629.]

5) Pulcre omnia et verissime (ut spero), sed nec res nec tempus nec locus postulat.

6) Et omnia ista abunde suppetunt.

7) Neque hoc prodesset ad juvandum Lutherum, si tu prae constantia animi et mortem prius patereris quam int. . . [sic!] te victum.

8) Hoc ego non abnuo aut conqueror. sed si satagas quantum ad disputationem vivae vocis, ego maxime de te.

fendit ¹ me a nebulonibus et sicariis, nec habeo impressorem ad manum, nec habeo sumptus ad imprimendum. quod accepi erogatum est partim in libellos Lutheranorum, partim in bancum ² et reliquos nuncios, partim etiam in alias necessitates. et nosti quam tenue sit beneficium meum. nunquam adhuc habui annuos 50 ducatos, unde familiam sustentare vix possum. et impressores pene omnes sunt Lutherani ³ occulte, nobis nihil imprimunt gratis ⁴, nihil fideliter, si non adsumus ipsi. quid ergo faciam? ego pro fide et ecclesia quicquid possum et habeo, totum offero, famam ⁵ (quae satis honesta mihi fuit), laborem, visum ⁶, studia, corpus, sanguinem, substantiam omnem, ipsamque vitam. nemo tamen me respicit ut habeam sumptus ad hanc rem necessarios. non peto beneficia ⁷, non opes, non honores, solummodo necessarios sumptus ⁸, quos utique de meo lubentissime expenderem si haberem unde accipere possem.

Quod si diutius a vobis omnibus derelinquar, lavabo ⁹ manus meas, clamaturus contra omnes episcopos et praelatos ecclesiae coram Deo et hominibus. ego, si velim, Lutheranos ¹⁰ mihi uno verbo reconciliare possem. sed valeant ¹¹ omnes qui me ab ecclesia quaerunt avellere, possum in ecclesia esse et quiescere ut alii. vos videritis, si tam parva negaveritis mihi, qui tam magna offero vobis.

Conqueritur item optimus Emserus ¹² quod amplius sine subsidio tantos labores ac sumptus perferre non queat. nam super 80 florenos non habet ex beneficio. consolatus sum virum ut perduret adhuc modicum, donec ego per proprium nuncium a te

1) Neque est maxime necesse. acquiesce interim in literis domi, in tempio, in orationibus. haec felix vita, haec in hoc saeculo nostra beatitudo.

2) Hoc non multum probo donec fortuna arrideat, quae non potest nisi tempore capi.

3) Nihil novi adfers.

4) Nec nobis nec hic, sed ferendum aliquamdiu.

5) Famam dicis non vitasse si pro fide pugnasse dicaris. an potius infamiam vitasse?

6) Hi sunt fructus studiorum, meliores tamen quam si quis torpore ut ferrum rubigine conterretur.

7) Non deerunt tibi et haec, sed expectanda occasio, ut a me fit.

8) Hoc difficilior est hoc tempore adsequi quam magnum sacerdotium.

9) Haec non sunt digna responsione.

10) Impium hoc est dictu et cogitatu.

11) Pulcre correxisti erratum.

12) Hoc mihi maxime dolet; sed si non possum nunc auxiliari Cochleo mihi amicipiori et propinquiori, imo si ipsemet nunc in maxima necessitate, quo possum Emsero suppetias ferre? solare autem eum per literas meo nomine quaeso te!

aut Marino ¹ responsum accipiam. utinam Luthero scriptis nemo occurrisset praeter unum Emserum ². quid profecit Prierias ³? quid minor Alveldensis? quid Eccius? quid Cremonensis? quid Murnarus? quid Colonienses et Lovanienses ⁴? quid nuper Parisienses ⁵? solus Emserus perstat invictus. alii uno edito libello mox sunt exhibitati ⁶ aut perterriti, ut quiescant de cetero. quod et nunc doctissimus tuus frater Ambrosius ⁷ facit, scribit enim se cedere causa et committere eam omnipotenti Deo. doctissime scribit, sed ferocitas ⁸ Germanorum non patitur ⁹ ut tam fortis miles tam cito cedat proelio. Emserus meus adhuc nunquam cessit ¹⁰, nusquam movit pedem, eloquens est latine et germanice, fatentur omnes Lutherani quod nemo fortius Lutherum impugnaverit quam ille. et tamen is tamdiu derelinquitur ¹¹ absque omni subsidio. si non curatis de me, de illo saltem curate. utinam essem ei conjunctus ¹². habeo adhuc vestes ¹³ aliquot et paucos cyphulos argenteos, quos ad foenus in hypothecam Judeis tradam pro viatico ad exilium comperando. at nimis durum est mihi matrem meam ¹⁴ anum pauperem hic extra patriam relinquere

1) Non vidi jam 50 diebus hominem, quem tamen scio maxima laborantem pecuniarum penuria, nec admodum laetum ob non multum prosperos rerum sibi creditarum successus.

2) Dignus est omnis operarius mercede, et vetula quae didrachmum intulit hagophilatio, prelata est oblatio magnis donariis divitum iudicio assertoris.

3) Laudatur saltem omnium in unum congruens sententia justa et sancta, si non omnes ita acute et eleganter scripserunt.

4) Utinam sic aliae universitates censuissent. quod si non iudicio Lutheranorum, nihil mirum, quibus nihil placet nisi quod ipsis non adverteretur.

5) Quid? attulerunt colophonium suffragium vel sola censura, neque torpescunt nunc, sed scribunt, quibus ratio censurae constet.

6) Ne speres non itidem faciendum tuis scriptis vel alterius cujusvis, si Lutheranorum expectes iudicium; sed non exhibabunt te boni et vere pieque docti.

7) De hoc vereor ne sat multa pro amore, quo eum facie ignotum prosequor, pro aliorum stomacho fortasse nimis multa. utcumque ingenium hominis mihi mirum in modum aridet, praesertim in quo opere non negarim esse aliqua quae vel mutata vel sublata velim, et tamen ignoscenda propter precipitatum editionem.

8) Utinam nunc in defensionem Caesaris ostendissent istam ferocitatem.

9) Multa alia non patiuntur vestrates, et ut vere fatear, nesciunt quid velint, adeo sunt stomacho jam non forti, sed malavoso [?] ut pregnantes.

10) Tanto major hominis laus et aliquando praemium

11) Res locus tempus adversantur.

12) Non est opus.

13) Serva tibi tua.

14) Cave ne deseras matrem charissimam.

nudam, sine omni provisione. si non vis aliud et mihi et Emsero subsidium ferre, saltem mihi litteras scribe ¹ ad scholasticum et capitulum meum ut habeant rationem mei absentis, id est ut absentia mihi in beneficii praesentiarumque proventibus non praepjudicet, ut habeat mater mea unde interim vivat. si neque hoc impetrare possum, vale; ego quoque res meas agam ².

Mitto ³ tibi patrique confessori varia. tempus non fert ut de omnibus scribam. mitto etiam quae Emserus ⁴ nuper misit mihi. ostende alicui Germano ut videat quam honeste et egregie respondeat Luthero. impeditur vir bonus paupertate, optime scribit. tamen sine propriis expensis nolunt Lutherani imprimere. ego quoque teuthonice ⁵ hac estate scripsi contra teuthonicum Lutheri libellum de missa, ex quo propositiones 154 extraxi quas scripturis et rationibus ad longum reprobavi. at hic ne unam quidem litteram ⁶ edere possum.

Habes mentem meam. infinita ⁷ et infanda ediderunt et publice vendiderunt his nundinis Lutherani, partem mitto, ludibriosissime contra pontificem scribunt et pingunt. passionem forte vidisti ⁸. odiosissimis picturis jam de novo et antiquo Deo et fide pessimum ediderunt libellum teuthonice, ut et alios quam plurimos: Karsthans ⁹ novus, apotheca quam speciariam vocatis, turris Babylonica et 15 confoederatorum 15 libelli, omnia teuthonice. nescitis profecto quam male audiat pontifex ¹⁰ per Germaniam. remitte mihi aliqua ¹¹, si habes nova. velim libenter opusculum ¹² contra Baldenses (quod tibi excipsi) revidere. in summa vide, obsecro, ne diutius Emserum et me negligas ¹³. in majori versatur causa periculo quam forte putas.

1) Id fiet honorificentius quam per me, et efficacius.

2) Et huic parti non respondere, erit responsum.

3) Gratias ago et aliquando referam favente Deo.

4) Utinam Emserus in latinam verteret linguam et ederet omnia sua scripta in Lutherum, sicuti pollicitus est nuper nobis per litteras.

5) Utinam aliquando et latine haberemus, quamquam res postulat ut germanicis scriptis germanice respondeatur.

6) Edemus aliquando Coloniae vel Lovanii, modo aliquando patientiolam habeas.

7) Effundant quantum libet virus; quanto enim plus, tanto citius crepabunt.

8) Vidi.

9) Evangelici homines evangelium scribunt; sic olim patres docebant evangelium et tu speras istos homines diu duraturos?

10) Et ad hoc jam occalluimus [d. i. wir sind dagegen bereits abgestumpft].

11) Nihil hic prorsus, nisi forte haec quae mitto.

12) Nolo eo carere, tu tibi rursus describe; si tamen potero invenire notarium, curabo tibi exscribendum.

13) Non faciam modo, ne omnia adversa veniant, quod abominor.

Huic meo nuncio quodlibet fidere poteris, nosti eum. rogo te ne Emserus derelinquatur, si de me nihil curatis. obsecro ut respondeas, plura jam scribere non possum. ante omnia commenda¹ me reverendo domino Marino Caracciolo. multa habere significare utrique, si non timerem ne taedio vos afficeret longior epistola. bene vale, reverende ac observande patrone, charissime domine Hieronyme, et hanc meam scribendi libertatem² tribue zelo et necessitati.

Ex Francfurdia quinto calendas octobris anno 1521.

T. Rev. D. deditissimus

Jo. Cochleus

decanus B. Virg. Francf.

Rev. patri ac domino domino Hieronymo Aleandro sedis apostolicae nuncio perquam dignissimo domino et patrono suo colendissimo.

In absentia ejus Rev. domino

D. Marino Caracciolo

in aula Caesaris.

24. Aleander an Cochlaeus: beantwortet eingehend Nr. 23 [1521 Oktober]³.

Aus Bibl. Vat., Cod. Vat. 8075 fol. 54—65, gleichzeitig Abschrift⁴.

Vidi et legi non semel et tuas ad me litteras et ea quae super Petro et Roma contra Lutheranos docte pariter et acute

1) Lubens obsequar, quum rediero in regiam, et antea tamen per literas.

2) Boni consulo; modo eo animo sis ut te esse opto. potes autem et majore libertate mecum uti; adeo te uno mihi charius est nihil. — Darunter ohne Nr.: Vale. scripsi sic capitulatim, ne in immensum ex-cresceret epistola mea.

3) Einen Hinweis auf die Abfassungszeit unseres Stückes enthält ein Passus des letzteren, wo Aleander mit Bezug auf das Horazische „nonum prematur in annum“, bemerkt: tu nondum novem menses parturiisti, imo vix puto octavum attigisti, qui partui letalis est: cepisti enim, si recte memini, mense martio. Vgl. die Depesche Aleanders an Medici vom 13. Oktober, bei Brieger Nr. 48 (S. 269), wonach Aleander damals im Besitz der Gegenschrift des Cochlaeus über den Aufenthalt Petri in Rom, damit also auch des begleitenden Briefes Nr. 23 war.

4) Aus dem weitschichtigen Schreiben sind hier nur Bruchstücke mitgeteilt; die Quintessenz dieser Antwort enthalten bereits die Glossen Aleanders zu Nr. 23.

scripsisti. hoc posterius plurimum me oblectavit; ex literis vero tantum concepi dolorem ut quicquid laetitiae ex libello mihi contigerat, id universum litterarum tuarum lectio perturbaverit

Deest, inquis, mihi pecunia. atqui non pauperior nunc es quam antequam contra Lutheranos inciperes scribere. amisi, dices, eam ob causam multos amicos. si illi orthodoxi sunt, eos fecisti tibi procul dubio amiciores; sin Lutherani, ne te pigeat. pigeat autem? imo vero maximo apponas lucro quod ab id genus hominibus non ameris. sed scio, statim addes: timeo mihi eorum minas injurias gladios. primum jam te monui et Wormatiae prius et mox Moguntiae, esse tibi tali temperamento utendum ut habita temporum ratione recte tu quidem semper sentires et populos non bonis tantum monitis, sed et exemplo integrae vitae, qua semper fuisti, in fide confirmares, cum ceteris vero ita de hac re contenderes ut ne tumultus aut rixa inter vos oriretur. hanc ego viam et causae et tibi maxime omnium profuturam tunc praedixi, nec profecto injuria. quum enim totius hujus seditionis causa sit non Martini favor aut ratio, sed laicorum in sacerdotes odium, nullum invenies ¹ magis praesentaneum remedium quam ultroneam nostri ordinis reformationem et civilem illam dexteritatem cum populo agendi qua odium istud quam maxime fieri potest mitigetur. consului item ne ita passim unicuique aperires te in Lutherum scribere, ne palam ad omnes clamares te contra Lutherum paratum quavis conditione in certamen descendere, nisi manifestissime videres istam ostentationem ad causam facere. communicasti tu quidem fortasse paucis rem tuam, sed videndum erat quibus qualibusve id faceres. multi enim sunt in Germania corycii qui omnia quae audiunt Luthero vel Lutheranis referant, unde postmodum multa et mala impedimenta orthodoxiae astruantur. quod enim scriberes, semper laudavi. quod autem te scribere palam diceres priusquam ederes, mille rationibus quas omitto nequaquam consultum existimavi. jam vero quod in certamen viva voce descendas, neque Joanni Glapioni Caesaris a confessione utriusque nostrum amatissimo et homini divinarum et humanarum rerum peritissimo placet ², nec alicui prudenti placiturum puto. ego vero anathema etiam te dixerim si id facere attentes, non quod diffidam communi causae aut eruditioni tuae vel ingenio vel prudentiae, quae multo maximae sunt; sed quia ineptum et minime tolerandum esset rem tot saeculis confirmatam nunc tandem fieri controversam et unius paris ridiculo duello committi. atque fac nobis hoc licere, fac etiam a pontifice tibi

1) Hs. invenias.

2) Aleander bezieht sich hier anscheinend auf Nr. 24 A.

permitti: quibus iudicibus id fiat? si nullis, praeterquam quod irritus erit labor, Lutherani stentorea (ut ajunt) voce semper sibi ἐπιβία canent. sed erunt (inquies) iudices. tunc peto ego: quinam? nostri? Lutherani statim reclamabunt se stare nolle suspectis iudicibus. erunt Lutherani vel saltem qui nobis non favent. at si non Cochleus, sed Paulus ipse in vel minimum Lutheranum disputet, Lutheranorum iudicio succubuisse diceretur! sed statim objicies davelos esse iudices a Caesare et imperio. respondeo id quod non solum divinitus, sed et Arcadii imperatoris sanctione firmatum est: cum de religione agitur, ad episcopos recurrendum, non ad Caesarem neque imperium; episcopos autem tantum abest ut Lutherani velint iudices, ut etiam illis potissimum bellum indixerint. sed coget Caesar Lutheranos stare iudicio a se eligendorum. at quid opus est novo iudicio, ubi Caesar sententiam pontificis admisit, agnovit decretum, edixit executionem? cogat potius Lutheranos parere edicto. quod si non audiunt, tanto minus id facient quod ipse petis et optas, ut iudicibus a Caesare dicendis in harenam tecum descendant. porro quid illud non vides, homo alioquin oculatissimus: si etiam Caesaris et imperii consensu manus super hac causa cum adversariis consereres idque maxime Lutherani acceptarent, fore ut edicto quod tanquam de re certa promulgatum est, omnes auctoritas abrogetur? et altero edicto post istius pugnae exitum necessario opus esset, quum tamen id absurdissimum sit et edictum non innovatione, sed executione tantum indigeat, ad quam ego manibus et pedibus quantum possum Caesarem tantum non extimulare nunquam desisto. nam quod dicis nihil praejudicaturum ecclesiae si quis vestrum privatim vinceret: tu id quidem dicis, Cochlaee, sed non cogitas Lutheranos vel ex minimo verbulo quod contra nos vel in angulo vel si licet etiam in cloaca faciant, quanlibet vincantur, totum tamen orbem victoriae suae trophis cartaceis replere. sic accesserat Lipsiam Ecchius, non quasi in Saxoniae oppidulo disputaturus, sed in totius orbis theatro causam catholicae ecclesiae acturus. et accendebat viri animum excellens ingenium, multiplex doctrina, frequens dialecticae luctae exercitatio, sed in primis justae et favorabilis causae conditio, ita ut in quacunque partem res caderet, nonnisi ingentem gloriam inde speraret. et profecto ex animi sententia illic successit, si post disputationem Lipsicam Lutherani saltem siluissent. at contra multi qui Ecchio bene volebant, non tot sane tantaque homini ominabantur quanta ipse sibi, ut qui prudenter perpenderent esse cum male animatis et rixae perturbationisque rerum potius quam veritatis amatoribus et in ipsorum gremio disputandum. quia tamen videbant solo Ecchii nutu, non autem pontificis, cujus interest, auctoritate rem geri, istius pugnae famam nunquam Lipscae scholae septam exi-

turam putavissent. quod longe aliter evenit. nam quamvis in ea disputatione multa ad causam apposite, plurima ingeniose et docte, omnia vero vel invitis¹ obstrepentium turbis (ut intelligo) intrepide atque animose dixisset Ecchius, adeo ut a bonis omnibus summa laude dignus censeretur, ita tamen sua acta Lutherani concinnarunt, ita ceperunt repente suis mendaciis et maledictis habenas laxare ut incendium hoc jam non Lipsiae tugurio contentum, sed universum christianum orbem longe lateque pervadens ex nulla alia re quam ex disputatione Lipsica majores vires sumpsisse videatur vides igitur nullo modo neque licere neque conducere in hujuscemodi negociis intempestivam disputationem. quod consilium si principio secutus fuisset Ecchius noster, forsitan hac nunc molestia careret ecclesia! . . .

Sed jam . . . libro jam verius quam epistolae finem imponam, si prius quid tibi interim agendum sit quidve expectandum brevibus explicavero. primum omnium, mi Cochlaee, tibi persuasissimum habeas neque tui nec Emseri summum pontificem aut nos alios fuisse unquam oblitos. sed quantum ad me attinet scripsi ego saepe in urbem de utroque, prout debui, honorificentissime, quamque opera vestra esset huic rei non utilis modo, sed etiam necessaria, pontifici non semel significavi, unde et optimum responsum accepi, de quo si non potui citius ad te scribere quam nunc, imputa temporum calamitati et intervallo locorum. nunc nihil video tibi et Emsero deesse, nisi meum in urbem reditum; tunc enim possem facilius observare occasiones et quae vobis sum petiturus pontifici commemorare. et quamvis quam possum maxime reditus mei veniam impetrare per omnes fere litteras enitar (nam non vobis modo, sed et mihi ipsi rebusque meis absentia mea ab urbe plurimum detrimenti affert), tamen si esset mihi adhuc in his terris hybernandum, tunc ad tuum capitulum apostolicum breve scribatur, liceat tibi in rebus pontificis absenti proventus sacerdotis tui ac si praesens esses recipere. jam vero (nisi omnino celum ruat) aliquam pecuniam, et eam quam potero pro temporum conditione plurimam, ex pontifice me utriusque vestrum impetraturum spero, qua Emserus in Saxonia incepto operi commode incumbere, tu vero vel Coloniam vel Lovanium te conferre poteris, ubi et lete tutoque vivere et communicata prius probis et doctis viris (quorum hic bona seges) scripta tua vel nulla vel minima impensa edere licebit. tu modo interim quietus isthic agas et aliquid semper scribas et jam scripta recognoscas, ut in adventu tuo omnia sint ad editionem parata; populum praeterea, dum isthic es, recte doceas, citra tumultum tamen, et de pontifice bene speres, quicquid garriant Lutherani, quicquid

1) Sic? lädiert.

effutiant, quicquid jactitent aut minentur, nihil sollicitus. puerum tuum detinui plusculis diebus tum quia impeditissimus re impressoria (simul enim et Gallicum edictum et utraque bulla, quarum exempla ad te mitto, et quaedam alia ad hanc rem necessaria erant sub incude), tum quia necesse habui quinque cursores ad diversa loca sex proximis diebus expedire; sed potissimum (ut vera dicam) quia miseram Antwerpiam ad mercatorem amicum mutuaturus aliquam pecuniam, quam ad te non per puerum (neque enim tutum esset ob milites, qui in reditu omnia depredantur), sed per trapezitas mitterem, verum operam et nuncii impensam lusi; juravit enim mihi in litteris mercator se quicquid habuerat pecuniarum Caesari mutuo dedisse. adeo omnes omnium crumenae hoc bello sunt exhaustae, ut nihil vidisse videar pauperius, nihil miserabilius hac regione et regia. mihi profecto dum haec scriberem, non erant nisi 15 floreni quinque equis et sex famulis gravato, duos enim alios equos minuendae impensae causa Wormatae vendideram, venditurus et reliquos, si justo precio vel adhuc aliquanto minore quam emeram vendere possem. nam ex urbe nescio quando pecuniae ad me veniant, tum quia Romae et magno sumptu et pecuniae penuria propter bella plurimum laboratur, adeo ut erubescam hoc tempore molestus esse pontifici, cui nunc si ego haberem libenter commodarem, tum quia ita sunt itinera insidiis hostium interturbata, ut ne tabellariis quidem transitus pateat. dederam puero tuo 10 stufferos viaticum in regiam, quae tunc vix bidui hinc aberat; postquam rediit, vixit hic in diversorio meis expensis et in reditu ad te dedi eidem florenos duos renenses et stufferos sex, exhaustae nunc meae crumenulae reliquias; id autem non scribo quasi ad te aliquid mittam, viaticum est hoc pueri. ad te vero pudet me et piget non posse, ut destinaveram, bonam summam dare; sed ut tibi ratio expensarum pueri constet, propterea scribo. tu bono et leto animo isthic age donec ad te misero quae quanto citius potero procurare est animus: breve scilicet ad capitulum et aliquam pecuniam tibi ad veniendum huc, et Emsero ad pugnandum ubi est, et id recipio me facturum si mihi sit aliquanto diutius hic commorandum; nam si in urbem brevi redirem, procurarem alia quae utriusque vestrum essent commodissima, pontifici vero minus gravia quam si minimam pecuniolam erogaret, hoc presertim belli tempore. utcumque ne te putes a nobis aut destitutum hactenus aut posthac destituendum, sed tu cohibe paulisper istum animi ardorem, ne quicquid tibi venit in mentem, statim velis factum. considera rerum omnium statum, qui pontificem (velit nolit) alio abstrahit, vide Cesarem ipsum tantum principem multa preter animi sententiam nunc pati, quae ego ne patiar, medius fidius malim Cesar non esse: ipsa dies quandoque parens quandoque noverca est;

quod non licet tibi hoc mense facere, facies proximo; si neque tunc licebit, non est propterea quod tantum angaris, quod desperes, quod in parietem pugnes

Vale mi frater Cochlaee suavissime et saluta scolasticum tui capituli, quem etsi de facie non norim, ex tuis tamen verbis plurimam diligo iterum vale et serva hoc praeceptum ut nulli nisi Emsero tua scripta communices, has vero meas literas nemini prorsus.

24A. Johannes Glapion, kaiserlicher Beichtvater, **an Aleander**. [1521] Oktober 10 ex montibus Hanonie.

Aus Bibl. Vat. Cod. Regin. 2023 fol. 186 eigenh. Orig.

Literas tuas, mi domine Aleander, reddidit presentium bajulus michi expectanti, que Lutherianorum causas respiciunt. novit enim Tua Circumspectio quenam vale novissimo tractavimus. rem itaque te tuoque munere dignam feceris si aut duo aut unus legitime delatus fuerit promeritas penas haud dubium passurus. dominus Cochleus petit singulare certamen contra Lutherum aut archilutherianum quempiam inire imperterrito animo in arenam descensus. quod non probo. petit et edere que scripsit in Lutherum, quod admodum tum placet si paucula quedam abraserit. porro causatur ipse impressorum negatam copiam, causatur et ademptam cum hominibus Germanis habitandi libertatem; addit et facultates in id operis non suppetere; precatur suppetias tum a domino Aleandro tum domino Marriano nuncio apostolico sibi prestari. dignabitur Tua Dominatio super his me reddere certiozem quo votis boni Cochlei faciam satis. ego sane probarem Cochleum in Lovanium recipi, ubi et cudendi libros non adimeretur facultas et probatissimorum virorum suffragaretur auctoritas.

Vale corcioli mei dimidium felix. ex montibus Hanonie 10. octobris.

Servitor discipulus et amicus, frater

Jo. Glapion.

(Fortsetzung folgt im nächsten Heft.)